



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Obedientia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

1565.

Principio anni quinti & sexagesimi Iacobus ipse Lainius secundus Societatis nostræ generalis Præpositus mortalitatis cursum absoluit Romæ. Ea causa in urbem cum vocaretur à Patribus de more Canisius, ad nouum creandum Generalem, Cardinalis Augustanus id simul cognouit, non modò coram, sed & libello explicatis, traditisque rationibus etiam, atque etiam institit, vt profectionem eam excusaret, quod sine graui religionis detrimento Germaniam deserere eo rerum articulo nequaquam posset. Decesserat paulò antè Ferdinandus Cæsar, successeratque in Imperio Maximilianus: qui tametsi præclara dederat documenta pietatis, & in religionis catholicæ conseruationem solennibus verbis iurauerat, tamen excessu Ferdinandi ingens damnum factū sapientes opinabantur: & Augustæ Imperij concilium admodum periculosum imminere. Eam ob rem tanto Cardinalis opere vt Canisium retineret adnitebatur. Sed nescius ille vllam vitæ suæ nisi obedientiam, sequi normam, ad rationes eas, atque obtestationes omnes, vno hoc verbo respondit, quod Deus per Præsides meos decrerit, id faciam. Tum Cardinalis ad Franciscum Borgiam

*Obedientia.*

*Litera Cardinalis Augustani.*

socie-